Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Erat enim in memoria & prius quam cogitaretur a nobis sicut erat corpus in loco &
prius quam sentiretur ut visio fieret. Sed cum cogitatur ex illa quam memoria tenet
expromitur in acie cogitantis & reminiscendo formatur ea species quae qualis plus est
ei quam memoria tenet. Sed neque illa vera parens neque ista vera plus est.
Species quippe animi quae formatur ex memoria cum recordando aliquid cogitamus non
ex ea specie procedit qua meminimus visa. Quando quidem ex meminisse non possemus
nisi vidissemus. Species autem animi quae reminiscendo formatur erat etiam prius quam corpus
quod meminimus videremus. Quanto magis prius quam id memoriae mandaremus.
Quamquam itaque forma quae fit in acie recordantis ex ea fiat quae inest memoriae.
ipsa tamen acies non inde existit sed erat antea ista. Consequens est autem ut si non est illa
vera parens nec ista vera sit plus. Sed & illa quasi parens & ista quasi plus.
aliquid insinuant unum interiora atque veriora exercentur certius quam videantur.
Difficilius iam plane discernitur utrum voluntas quae memoriae copulatur visioni
non sit alicui ex sive parens sive plus. & hanc discretionis difficultatem
fac et de natura atque substantiae parilitas & equalitas. Hinc enim sicut fortasse
facile discernebatur formatus sensus a sensibili corpore. & voluntas ab utraque
propter naturae diversitatem quae inest ab invicem omnibus de quibus satis superius disseruimus
ita & hic potest. Quamvis enim haec intentas de quibus nec quidem forinsecus invecta est
anio. intus tamen agitur & non est quaesitum ei praeter ipsius animi naturam. Quod quo pacto
demonstrari potest voluntatem nec quasi parentem nec quasi plus esse. sive corporis
similitudinis quae memoria continetur sive ei quae in de cum recordamur expromitur.
quando utrumque in cogitando ita copulatur ut tanquam unum singulariter
appareat & discerni in ratione non possit. atque illud primum videndum est
non esse posse voluntatem reminiscendi. nisi totum aliquid rei ei quam reminisci
volumus in penetralibus memoriae teneamus. Quid enim omnium & omnis ex parte
oblitus fuerimus nec reminiscendi voluntas exortus. quo quidquid recordari
volumus recordati iam sumus in memoria nisi esset fuisse. Verbi gratia.